Altera post coronationem suam die Urbanus acriter reprehendit quosdam Episcopos Romae morantes de non residentia in loco sui beneficii, vocans eos perjuros respectu suarum Ecclesiarum. Die vero 25 Aprilis sub finem sessionis ab Urbano cum magno concursu cardinalium et aliorum praelatorum celebratae, in qua Urbanus mores eorum cum simili asperitate exprobrabat, venit Joannes Grangius Cardinalis Ambianensis, salutavitque Urbanum ceu verum Pontificem, qui eum initio cum honore suscepit, sed in mox pristinam asperitatem recipiens, incusare eum coepit de avaritia, de trahendo bello Galliae cum Anglia ad divitias sibi ope hujus comparandas — de fovendis rixis inter reges Castellae, Aragoniae et Navarrae[†] denique ausus est dicere, nullum esse malum in mundo quod Cardinalis hic perpetrare ausus non sit. Talem exprobrationem ultra non ferens Grangius, minando Pontifici respondit: „[††] seu Barensis Archiepiscopus mentitus es“ et statim cum aliquot Cardinalibus Roma abiit. Non offendens Urbanus, non desinit carpere ulterius data quacunque occasione cardinales, qui offensi coeperunt de excutiendo jugo hujus Pontificis cogitare. Circa dimidium itaque Maji, Cardinales Galli et Hispanus Petrus de Luna, sub praetextu vitandorum nimiorum calorum Roma Anagniam se contulerunt, nihil tamen contra Urbanum intentantes usque ad dimidium Julii. Urbanus suspicatus in hac cardinalium congregatione aliquid mali, voluit cum eis reconciliari, quapropter iter Anagniam versus suscepit.[F] Sed quum hi diffidentes milites Roma ad suum tutamen evocassent, Urbanus pristinum characterem resumens, positum hoc abjecit. Cardinales tunc coeperunt cogitare de captando sibi favore principum et doctorum. Miserunt igitur nuncios cum litteris datis de d. 16 Julii 1378 ad eis insinuandum electionem Urbani esse invalidam, ac novam electionem instituendam esse.

Die 20 ejusdem mensis et anni evocarunt ad se 4 Cardinales Italos adhuc Urbano adhaerentes (qui 3 tum neutri parti accedentes finem eventus expectabant, cardinalis vero S. Petri Urbano fidelis remansit) et Urbano insinuarunt invaliditatem electionis, et ideo ei suadent ut Pontificatum deponeret, et promittunt, se eum de novo electuros. Quum vero Urbanus abdicare noluerit, sententiam depo-

F Praeter synodi: Beneventana a. 1087 sub Victore III contra Guibertum Corregianum — Placentinum sub Urbano II a. 1095 contra Berengarium.

(1) Populus Romanus absentibus Pontificibus tam a suis magistratibus, quam ab exteris hostibus pressus, Alber. t. IV pag. 27 et.

(2) Ep. Abbatis Sistrensis apud Raynald. ad a. 1378 n. 4.

d. 9 Aprilis electus est.

[†] Theod. Niem. l. 1 c. 4. Valsing. in Rich. II.

[††] Vitae Pont. t. 1 p. 1158.

F Sed Fet jam Tivolim assecutus est d. 26 junii

Alb. 282. Tu servisem

2 9 Augusti

[...]ditionis in eum tulerunt, quam statim cardinalibus Avenione morantibus regi Galliæ et Universitati Parisiensi miserunt. Cardinales Avenionenses statim eam susceperunt, sed Carolus V instituto conventu totius Galliæ ordinum, nihil statuit, usque aliqui viri deputarentur, qui cognitis in loco circumstantiis referret quomodo electio se habuit et cardinalibus ... electio procederet, ad securitatem personarum est. Cardinales nro 15 Anagniæ elegerunt ubi ... in ditione Joannæ reginæ Neapoleos, Robertum Gebennensem, qui assumpto Clementis VII nomine fecit se d. 30 8bris a. 1378 coronari. Electioni huic consenserunt etiam et 3 cardinales Itali et ut legitimo Pontifici Clementi adhæserunt. Rex autem Galliæ Carolus V quum deputati supradicti rettulerint narrationem cardinalium Anagniensium juramento firmatam, ad petitionem Universitatis decrevit, neutri parti adhuc adhærendum. Sed Joannes Crosius in Galliam a Clemente missus ita egit, ut rex decepto ejus juramento, electionem Urbani esse invalidam, et Clementis validam, ... litteris reliquorum cardinalium idem testantium, simul cum universitate partes Clementis susceperit. Gallos hoc in negotio secuti sunt Hispani, Siculi, qui tamen brevi post ad obedientiam Urbani rediit, quum Joanna esset regno et vita privata (a. 1382) et aliæ parvæ provinciæ. Urbanum vero obedientiam Anglia, Flamandia, Germania, Hungaria et Polonia. Ambo de papatu contendentes, postquam alter alterum anathemate percussissent, ad arma demum sæcularia avolarunt, et indulgentias largas concesserunt iis qui pro eorum parte dimicassent. Clementini milites adeo furebant, ut quoscunque comprehendissent ex Clero, qui Urbano adhærerent, ipsos etiam Eppos aliosque in mare præcipitarent, aliosque cremarent, aut alio supplicii genere enecarent,(1) ecclesias et monasteria diruerent castra solo æquarent, villas depopularent etc. In hoc tamen tumultu parum abfuit, quin ipse Clemens comprehenderetur, nisi fugam Neapoli in Galliam arripuisset. Hoc in bello Urbanus moderatius se gessit Clemente, sed a. 1383 incitavit Anglos ad expeditionem cruciatam contra Gallos suscipiendam. Hæc expeditio tamen, quamvis Henricus Spencer Eppus Norwicensis innumerabilem respectu temporis nam ad 2,500,000 libras argenti attingentem pecuniæ summam collegit,(2) nullum effectum habuit et nisi clementiæ regis Galliæ adscribi potest, quod salvi milites in patriam redire. Tandem Urbanus continuo bello haud cum prospero exitu implicatus contra regem Siciliæ, superatis insidiis, sibi a cardinalibus et cæt. structis qui suam conjurationem mortis pœnam luere coacti sunt, Romam reversus (nam continuo fere extra eam morabatur belli causa quod gesserat) ibidem mortuus est die 18 8bris a. 1389. At lætum hoc nuntium erat curiæ Avenionensi, et Clemens putans cardinales Romanos potius se ei submissuros, quam novæ electioni se dederint, cogitabat solummodo de captanda sibi benevolentia principum obedientiæ Urbani. Sed spes eum fefellit, nam cardinales hi nro 14 intrarunt die 2 9bris conclave mensis unanimi consensu elegerunt Petrum Tomacelli Archieppum Neapolitanum cardinalem, qui d. 9 ejusdem mensis assumpto nomine Bonifacii IX. coronatus fuit. et statim a Clemente VI. diris censuris ecclesiæ et pœnis percussus, quas ceu minime quemquam terrentes.(3) Bonifacius respondit statim, sua auctoritate omnimode usus. Reconciliatus est cum Vladislao ... Neapoleos et Margarita ejus matre, defensionem in se suscepit, solvit interdictum a suo prædecessore contra hoc regnum latum. Ut vero ostenderet, extinctionem schismatis sibi cordi esse, misit Petrum Cartusiæ Astensis in Lombardia et Bartholomæum de Ravenna Cartusiæ Insulæ Gorgonis Priores cum litteris datis 2 Aprilis 1392 ad Clementem et Carolum VI regem Galliæ.[4] Legati hi quum Avenionem pervenissent ab Antipapa in carcerem missi sunt. Quod quum Universitati Paris. innotuisset, hæc jam in Clementi indignata ob sui despectum, ut bene decet, recte ... ita apud regem egit, ut Clemens hos legatos libertati restituere cogeretur.

F. (Eodem enim ... partibus ... Grang Itali se adscripserunt)

Uterque insuper habebat in sua obedientia binas personas sanctitate et miraculis insignes, nimirum Urbanus S. Catharinam Senensem et Petrum Infantem Aragonicum; Clemens vero S. Vincentium Ferrerium et Petrum de Luxemburg.

(1) Vit. Pap. t. 1. p. 496 — Theod. Niem. c. 19.

(2) Walsingham in Richardo II. Froissard. vol. 2. 132.

(3) Berthier Hist. Eccl. Gallic. l. 42. ... interpellavit Clementem, ut se pro Pontifice gerere cessaret, promittendo ei veniam cum cardinalibus, et Officium Legati Aplici in Gallia et Hispania ad tempora vitæ sed quum Clemens id repudiasset. Bonifacius eum excommunicavit.

F. in quibus utrumque obsecrabat de pace Eccliæ restituenda (4) Spicil. t. VI p. 54.

et rex eos benigne susciperet. Responsum tamen Bonifacio nisi oretenus retulerunt, regem esse paratum adhibere oia media, quibus extinctio schismatis perfici posset. Sed quum postea data nova ad regem bulla loco ponenti vias ad hoc negotium absolvendum, demonstravit juris sui partes suscepit rex, moventibus Ducibus Burgundiae et Berri (qui posterior fuit Clementi addictissimus) rem intactam reliquit. Universitas interim n̄ conquievit, et regem rursus ad cogitandum de exstinctione schismatis permovit, qui instituto conventu prælatorum et doctorum Galliæ, n̄ obstantibus secretis moliminibus Petri de Luna ad hunc conventum disturbandum a Clemente missi, jussit sibi ponere sententias doctorum in specialibus libellis, de mediis ad illud negotium aptissimis. His confectis, et in unum a Nicolao Clemangis doctore Univ. Paris. redactis, posita ē regi tria media ad schismati finem imponendum 1um consistebat in ut uterque abdicaret suo juri. 2um in via compromissi. 3um Gnlis concilii. Libellum illum magno applausu ab oibus acceptatum et Universitati congratulatum, eam tanto zelo pro bono religionis præstare. Rex quoque ipse videbatur ad unum positorum mediorum eligendum, sed movente Petro de Luna postea neque audire de hoc fuit donec rursus ab Universitate tractus assensisset, ut saltem libellum illum Clementi mitteret (1394) ut, quod sibi magis arrideret, eligeret. Quumque coram eo legeret, respondit illis oibus in partibus hujus scripti virus latet, nihilque præter infamationem sanctæ sedis in eo intendit. Interim d. 16 7bris 1394 a. Clem. mortuus ē. Nuncio de ejus morte percepto Rex et Univ. par. scripserunt ad cardinales ne alium eligerent. sed hi litteras n̄ aperuerunt post peracta electionem (licetsi prius eas acceperunt). Die itaque 28 7bris elegerunt unanimi consensu Petrum de Luna ceu pro exstirpando schismate saltem ad speciem zelosissimum, qui assumpto nomine Benedicti XIII d. 3 8bris presbyter et d. 11 ejsdem mensis Epus ordinatus et statim coronatus fuit, statimque misit ad Carolum VI nuntium cum significatione, se esse invitum ad hanc dignitatem assumptum et paratum etiam cum proprie vitæ dispendio ad extinctionem schismatis concurrere. Eventus tamen aliter comprobavit, nam ad petitionem principum et universitatum, ut renunciaret papatui, n̄ solum neque audire voluit, sed etiam pœnas ecclesiasticas eis minatus ē.[1] Bonifacius IX autem se paratum ad id se ostendit, si Benedictus idem faceret. Rex ejus pertinacia et perfidia Benedicti offensus, constituit se cum regno suo ab obedientia ejus subtrahere, quod et fecit a. 1398 edito ad omnes suos subditos decreto. Palatium vero Avenionense in quo Benedictus habitaba fecit cum cardinalibus custodia cingi, volens eum captum ad saniora consilia adducere. Jam finem votorum suorum attingere videbat rex, quum fuga sustitit papa, ad quem statim Cardinales supplices redierunt, oes apparatus cassos effecit, sed etiam schismati oleum quo magis arderet, affusum ē. — nam et Carolus VI veniam petiit a Benedicto se ei cum toto regno etsi invite subjecit, et eo zelosior ejus fautor evasit, quo majori odio eum antea persecutus est. Pace postea cum Richardo II rege Angliæ composita (1397) cœpit serius cum eo cum Wenceslao Impre tractare de mediis ad componendum schisma idoneis. Sed res in tractatione finita ē, quin aliquid apud utrumque Papam jus suum obstinate defendentem, efficeret. Tractabant quidem inter se ambo de papatu prætendentes, sed tamen simulate indicabant loca ad secum conveniendum, sed alter alteri diffidens n̄ veniebat.) Bonifacio interim a. 1404 mortuo successit Innocentius VII, qui dedit prius jure jurandum, quod et ab oibus aliis cardinalibus factum ē, daturum se operam tollendo schismati, etiam cedendo et deponendo ipsam Papam dignitatem. Indixit itaque Romam Gnle concilium ad 1 9bris anni subsequentis 1405 sed ob turbas itidem excitatas cele-

Et brevi post ipse etiam rex viam abdicationis approbavit, cui et Bonifacius adhæsit modo Antipapa faceret
V. Vit. Pap. t. 1. p. 536.

[1] contra illius auctoritatem infringere vellent. Declaravit se tamen via colloquii cum Bonifacio, quam fuit inutilem oes rejiciebant.

brari non potuit, neque mense Majo anni 1406, ad quem fuerat dilatum, quum turbae Romae nondum fuissent sedatae — et brevi post Innocentius d. 6 9bris ejusdem anni mortuus est. Cardinales in ejus locum eligere quidem statuerant, verum ita obligare eum, "qui eligeretur, ut se magis procuratorem ad deponendum pontificatum, "quam Pontificem factum existimare posset" ut testatur Leonardus Aretinus[1] quod unusquisque Cardinalium juramento se obstrinxit, si in Pontificem electus fuisset. Die itaque 2 10bris electus est Angelus Corario qui nomen Gregorii XII assumpsit. Tractare postea coeperunt Benedictus et Gregorius, sed simulate — indicabant loca ad conveniendum, sed neuter veniebat — disertissimis verbis probabant extinctionem schismatis sibi cordi esse, sed manum ad illud non apponebant. Tandem pertaesum est Carolum VI talium simulationum, ideoque insinuavit Benedicto, ut pontificatum abdicaret, alioquin Galliam se a ejus obedientia subtracturam. Simul mandatum dedit de eo capiendo, si hoc facere abnuisset. Benedictus autem fuga in Hispaniam arrepta anathema in regem Galliae et omnes a quibus deceptus esset — tulit. Rex iratus edictum istud publice comburi jussit, nuntios vero qui illud parisios attulerunt, publica contumelia affectos carceri mancipavit — invitavitque Cardinales Gregorii, ut junctim cum Cardinalibus Benedicti de pace Ecclesiae restituenda consulerent qui reipsa convocarunt d. 26 Junii Concilium Pisas in 25 Martii a. 1409. Gregorius item litteris de d. 6 Julii a 1408 datis indixit, sed locum demum 1910 ejusdem anni civitatem Austriam in dioecesi Aquilejensi designavit. Pisas venerunt 22 Cardinales utriusque obedientiae — 12 Archiepiscopi. 80 Episcopi, longe plures absentium procuratores — magnus numerus Abbatum, Prior et Generalium Ordinum Religiosorum — Oratores Ruperti regis Romanorum, Caroli Galliae, Capitulorum et universitatum. E Polonia vero venit personaliter „Petrus Visch Episcopus Cracoviensis, in frequenti nobilium comitiva, et splendido apparatu … per procuratores „vero Albertus Posnaniensis, Jacobus Ploc. Wenceslaus Vratislav. Arnoldus Culmensis Episcopi. Item Universitas studii Cracoviensis, Capitulum Ecclesiae Plocensis, item Iscislaus Abbas Tyniecensis item Clerus civitatis et dioecesis Wratislaviensis. Venerat etiam personaliter Joannes Lubucensis, provinciae Gnesnensis Episcopus."[2] In hoc concilio (cujus illegitimitatem extra propositum nostrum, probandam omittimus) deposito Benedicto et Gregorio elegerunt Cardinales mense Junio a. 1409 Petrum Philargi seu Philaretum, aliter Petrum de Candia dictum, sub nomine Alexandri V, qui acta concilii approbavit, et de novo intra tres annos celebrandum indixit. Alexandri partes suscepit major pars Germaniae, et Italiae, Gallia Anglia Polonia et Hungaria reliquae nationes partim Benedicto, partim Gregorio parebant. Hac igitur ratione schisma non solum non extinctum sed imo auctum est, quum loco duorum tres Pontifices surrexerunt. Gregorius enim et Benedictus novis Cardinalibus creatis loco eorum qui Pisas iverunt, se pro Pontificibus gerere haud desierunt. † Attamen adhuc hic retentus unum et Cardinalibus Pisanis electus esset Pontifex — novum enim excogitata erat doctrina de superioritate Concilii generalis supra Papam, qua usum est concilium Constantiense et Basileense. † Alexand. V † 3. Maj a. 1410.
In tali rerum statu, quem modo percensuimus, necesse omnino erat, ut disciplina Ecclesiastica laxaret, mores clericorum per consequens et populi corrumperentur, quum Pontifices mediis ad retinendum Pontificatum aptissimis omnes pari id utrum satagerent, ut quo potest majorem partem partis suae adhaerentium conciliaret — Ideoque ut retinerent suam dignitatem, utebantur dolis, perjuriis, simulatione ad offuciendam propriis oculis objiciendum, ad concordiam promtos esse — mutuis bellis se invicem prosequebantur, ad quae quoniam reditus

[1] Hist. rer. Italic. et Epist. l. 3. ep. 3.

Et suam voluntatem de deponendo pontificatu, si Bened. idem fecisset testatus est.

Cardinales in suis litteris, quo auctoritatem celebrando concilio conciliarent, descripserunt electionem utriusque Pontificis dubiam, eos esse schismaticos, haereticos perjuros, et variis criminibus maculatos.

[2] Dlugossi Hist. Polon. l. X ad a. 1408.

ordinarii ipsis non sufficiebant, promulgabant indulgentias, et neque quoddam tributi beneficiis imposuerunt, quod annatae nominatur, quo omnes fructus primi anni Ecclesiae Cathedralium et Abbatiae pendebant camerae Aplicae, ad quod etiam cogebat eos status desolatissimus hujus civitatis, quae jugum excussa devenit in praedam Officialium avarorum et crudelium, qui per fas et nefas divitias corradebant, ut quum a potestate exclusi essent, haberent abundanter unde viverent. Martinus V quum a. 1420 Romam intraret, invenit eam in tam desolato statu, ut neque parva civitati similis erat (1). Legum, politiae, commercii, urbanitatis et humanitatis nullum fuit vestigium. Palatia, domus, ecclesiae et cetera aedificia in ruinam posita. Habitatores vero ... Haud in meliori statu erant et ceterae ditiones Eccliae. Ambitio et avaritia occupabat deinde et praecipue Avenionenses. Prior effecit ut Papatum obstinate tenebant, nec ulla ratione ad hunc deponendum inclinari poterant, unde in desperationem ut ita dicam, acti doctores excogitarunt illud principium: „Concilium esse supra Papam“. Ut autem patronos parti suae nancisceren, distribuebant largiter beneficia haud dignitatem petentium attendentes, unde ad regimen Ecclesiae accedebant viri illiterati, proprii emolumenti studiosi, qui in turbato rerum statu ubique magnum lucrum inveniunt. Quum ... ad Clementem VII venisset quidam magnas dignitates, et praesentando eidem suum cognatum, dixit, eum cum distinctione operam Theologiae in Univ. Par. navasse, Clemens respondit: „Quanta perversitas, occupare hac homines vestrae conditionis! Quid enim omnes theologi sint, nisi pedantes chimaeris occupati?“ (2). Ad corradendam autem quam maximam pecuniae summam, beneficia vendebant, imponebant variis praetextibus pensiones electis epis, quas illi rursus in suis subalternis vindicabant, adeo ut aliquam clerici ad inopiam redacti mendicare et vilia servitia suscipere cogebant (3). Cardinales beneficiorum pluralitatem intendentes, submittebant se illi, qui plus dare posset. Ita Petrus de Luna petitat ab Urbano, ut addat, quod jam habebat beneficium aliud adhuc sibi conferret, quum id non obtinuisset, adjunxit se Cardinalibus, qui elegerunt Clem. Auditus est deinde dicere: „Certe non servirem Deo, si non faceret mihi bonum!“ (4) quam suam opinionem et affectionem etiam ad Papatum evectus retinuit. Dignitas Cardinalis ob crimina, et praesertim incontinentiam simoniam et avaritiam et maxime ob severitatem Urbani VI adeo in despectum abiit, ut plures praelati oblatam sibi ab eodem Pte etiam cum retentione praelaturae possessae suscipere recusarunt. Tales erant Archiepi Trevirensis, Coloniensis, Moguntinus, Epi: Leodiensis et Vratislaviensis, et nobilis Bohemus sacerdos Petrus Rosenberg. (Quum rectores et principes Ecclesiae tali modo se gessissent, quid praesumendum de inferioribus Praelatis, et fidelibus ex desertis a suis pastoribus ad) Scribit Theodoricus Niemus (5) in curia Bonifacii beneficia venalia exposita fuisse, et plus offerenti collata, non raro quoque accidisse, quod jam taliter modo collatum beneficium alteri adhuc majorem pecuniae summam danti conferretur. Et simoniam ita invaluisse, ut Officiales Papis non esse veriti asserere, Papam in facto simoniae peccare non posse. Idem addit Bonifacium dia rescripta quae officiales ipsi supponebant absque lectione sua manu signasse. Maimburg Bonifacio imputat solum tolerationem simoniae in sua curia et non tam ob suam quam ob ejus consanguineorum avaritiam. Quum itaque

(1) Platina in Mart. V.
(2) Hist. Anon. t. 1. p. 198.
(3) Spicil. t. 4. p. 81.
(4) Barthol. Fabricius l. II de schism.
(5) Hist. de Schis. l. II c. 34.

rectores et principes Ecclesiae tali modo se gessissent, quid praesumendum est de inferioribus praelatis et fidelibus? Incontinentia(1) et simonia in administratione sacramentorum erant vitia adeo communia, ut nullam notam infamiae incurrebant coram hominibus ii, qui eis dediti erant. In conc. Const. Bernardus Baptizé Mon. Benedict. exprobrabat patribus congregatis incuriam, vanitatem, avaritiam, mollitiem, dissolutionem morum et ulterius se in eos invehendo asserebat eos esse ministros diaboli, qui nullam aliam legem agnoscunt praeter cupiditatem.(1) Alter theologus Gallus in eodem concilio, incusabat clerum eum nisi lucrum sordidum quaerere in administratione rerum sacrarum, nutrire potius musicos, scurras, scorta, quam pauperes Christi. Invaluerunt abusus circa Missas, quas avari sacerdotes bificatas, ut dicebant, trificatas et amplius celebrabant. Festa stultorum et asinorum. Ita mala, et remedium synodi provinciales efficax remedium ferre non erant pares. Omnes viderunt malum, sed ab eo recedere non habuerunt efficacem voluntatem. Undique efferebantur voces pro reformatione, quas viri pravae intentionis arripientes, nacti sunt occasionem calumniandi Ecclesiam et errores suos disseminandi. Tales erant clerus in Anglia. Videntes hi quomodo clerici plura beneficia et opulentiam appetebant, indulgentiae parvi pendebant, sacramenta pro pecunia administrabant etc. insurrexerunt contra haec omnia, et voluerunt sublata esse. Et atqui Haec immoderata reformatio plurium turbarum facta est occasio, et quum eam reformatores bellis more ope exequerentur, bella internecina ipsi pericula discrimen a. 1414 ad plura millia excessit. Haeresis tamen nondum extincta, prius enim in Bohemiam illata est, ubi Joannes Hus et ejus discipulus Hieronymus obstinatissimi fautores Wicleffi extiterunt, et impedimento erant, quominus Sigismundus Imperator pro rege Bohemiae agnosceretur.

Joannes XXIII convocavit concilium quidem Pisas, sed parvus numerus Epporum venit, nam ipse Joannes confluxum multorum impedivit, et brevi illud dissolvit, timens ne aliquid contra illius auctoritatem tentaret.

Tribus igitur his malis Ecclesiam vexantibus, nimirum schismate, corruptione morum et haeresi Hussi medelam afferre omnium cordi erat et praecipue Sigismundo Imperatori qui Joanni XXIII persuadit, universam Ecclesiam eventuali modo vero aquituram, si concilium generale convocaret, in eoque mores collapsos restauraret et haeresim damnaret. Convocavit igitur Joannes concilium Constantiam ad d. 1 9bris a. 1414. Venerunt ad concilium legati Galliae, Italiae, Germaniae Angliae, „Nicolaus (Traba) Archieppus Gnesnensis, singularibus mandatis et instructionibus acceptis a rege, quid, et quo ordine, qualiaque illum et suos collegas, in Concilio Constantiensi agere, in Ecclesiae universalis et regni Poloniae rebus oporteat. Quam et alii Proceres et Barones, ad obeundam ambasiatam Regis et Regni nominati, e vestigio sunt secuti, et d. 22 9bris Constantiam ingressi sunt. Quibus maxima cardinalium et praelatorum caterva, adventum eorum excipientes, non sine animorum alacritate occurrebant, admirantibus et commendantibus cunctis illorum usum et apparatum."(2) Ad facilius colligenda suffragia, omnes concilio praesentes divisi sunt in 4 nationes nimirum Italicam, Gallicam, Anglicam et Germanicam, cui postremae adnotati sunt quoque legati Poloniae: Andreas Laskari electus Posnaniensis (qui in hoc concilio confirmatus et consecratus(3) deputatus erat ad) Jacobus Plocensis Joannes Vladislaviensis Eppi Januszius de Tuliszkow castellanus Calissiensis et Zavissius niger de Garbow milites.

(1) Incontinentia nullorum clericorum eo usque processit, ut non veriti sint publice matrimonia contrahere, ut legere est Dlug. l. 11 pag. 374 de electo Trajectensi, qui licet foret subdiaconus, Epatu resignato accepit in matrimonium Annam Brabantiae ducissam Caroli Bohemiae Regis filiam, et a Wladislao Jag. R. P. ad ineundum ejusmodi matrimonium sollicitatam.

(1) Vonder Hist. t. IV p. 880. De Monachis de exemptionibus et reliquiarum falsarum copia magna copia Gerson. Opera t. II p. 721. Schroeck Kirchengesch. XXXIII 445.

(2) Dlug. l. 11. ad a. 1414. Dlug. l. 11. ad a. 1416. p. 376. Haud recte opinatur Bucenski in Vita Archiep. Gnesn. dicendo, Jacobum minime concilio praesentem fuisse, nam in actis conciliorum edit. Par. a. 1644 tom. 29 legitur de Jacobo Eppo Plocensi pag. 311. 441. 460. 493. et in Dlug. l. c. In concilior. t. 29 p. 593 Janusius et Stanislaus milites Ambasiatores R. P.

(3) Kropidło Dlug. 391.

Ex parte Universitatis Cracoviensis missus e Paulus Vladymiri Brudzewski † ejusdem cancellarius. Eppos Regni Poloniæ magna auctoritate in hoc Concilio gavisos fuisse patet ex eo, quod immediate post Cardinales subscripserunt capitulis concordatis inter Sigi Concilium et Hispanos obedientiæ Benedicti XIII.(1) Maxima autem præ ceteris auctoritate valuerunt Andreas Laskaris Posn. et Jacobus Plocensis et Nicolaus Traba Gnezn. Primus in congregationibus non solum nationis Germanicæ, sed et aliarum primas partes tenebat, et cujus positionibus omnes nationes vota sua accomodabant.(2) Deputatus insuper erat ad tractandum "de celeriori extirpatione hæresum et Ecclesiæ reformatione" (3) et in causa inquisitionis contra Joan XXIII.(4) Secundus vero propter eximiam suam scientiam inter tres providos et discretos viros, qui haberent tractare materiam unionis (4) positus est et ad eligendum hac vice unum Pontificem deputatus a Concilio cum aliis 29 ex omnibus nationibus deputatis cardinalibus adjunctis, et "si fides Dlugossio danda est, "licet plures voces cardinalium et prælatorum in electione ejusmodi habitus fuisset, de omnibus tamen Othoni de Columna cardinali Diacono cessit, qui electus nomen Martini V assumpsit. Occasione (6) autem peractæ a Joanne Rzeszowski Archieppo Leopoliensi coronationis Elisabethæ Granowska, uxoris Vladislai Jagiellonis, "Nicolaus, quod jus id archieppos Gnesnenses pertinebat, veritus, ne et sua Ecclesia ejus processu temporis excluderent, a Primatu, Concilii Constantiensis solemni privilegio et decreto(7)" obtinuit, ut exinde Archieppus Gnezn. esset Primas Poloniæ et Lithuaniæ.(8)" Wiszniewski Hist. Lit. statuit, dignitatem primitialem jam pridem penes Archieppos Gnezn. fuisse, et in Conc. Const. solummodo confirmatam fuisse, quod facile concedimus attendendo quod glossa Dlug. l. c. dicit: "Primatus Arch. Gn. a Conc. Const. confirmatus" et ita Kromer l. c. dicit etiam de Primatu Lithuaniæ fieri itaque potuit, quod postquam novi Eppatus a Vladisl. Jag. fundati, a Concilio Const. confirmati essent, jurisdictioni Archieppi Gnez. tanquam Primatis subjecti sunt, et hac occasione Archiep. Gnez. Primas etiam Lithuaniæ est factus. Ergo jam titulo Primatis Poloniæ, quem habuit, additus est ei titulus Primatis Lithuaniæ.) Præter jam memoratam congregationem Eppor et Orator Regis Poloniæ missi adhuc duo speciales ab eodem Rege Vlad. Primam, quam obibant "Georgius Godigolth, Georgius Bolimyn Nabobyowicz Lithuani, et Nicolaus Sepinski Polonus, milites missi ad petendum concilium, quatenus Samogithas gentes" nuper a ritum conversas, "a Cruciferis de Prussia opprimi et vexari non permittant.... Item ut Concil. præstet authoritatem erigendi Cathedralem Ecclesiam, dudum a Poloniæ Rege Wladislao designatam, ædificatam et dotatam. Quibus omnibus Concilium morem gerens, et Cruciferos invadere Samogithas districtissime vetuit, et Joanni de Rzeszow Archiep. Leopol. ac Petro Epo Vilnensi, fundandi Cathedram apud Samogithas, mandatum speciale per litteras dedit."(10) Secunda legatio, quam obibat Andreas de Kokorzyno Archidiac. Cracovien. professor Academiæ Krakoviensis, missus pro impetranda dispensatione, ut liceret Vlad. in contracto cum Elisabetha Granowska matrimonio, affinitate spirituali (11) non obstante, remanere. Quæ... via tandem obtenta est. Dispensationi autem hujusmodi, ea lex... apposita est: Ut Elisabeth mortua, fas non foret regi alteram superducere.(12) Ad finem Concilii non modica, quæ ad nata e turbatis ex causa regnum Poloniæ attinentibus. Quum Sigismundus Impr accepta benedictione Concilii in Sess. XVII. d. 15 Julii a. 1415 (13) iter versus Hispaniam ad persuadendum Petro de Luna ut Pcatum deponeret, suscepit, inter Nicolaum Gnezn. Archi mitti obtinuit, quod et familia, equisque vasis insuper

† Concil. t. 29 pag. 497 dicit Ladaura 6

(1) ibid. pag. 493.

(2) ibid. 261. 442. et ss.

(3) ibid. pag. 395.

(4) Ibid. 302

(5) Kromer interpr. Blazowski edit. Warsaw a. 1767 lib. 18 p. 775. Glossa Dlug. lib. 11 ad a. 1417 p. 382. et Wiszniewski Hist. Lit. Pol. t. 5 pag. 75 in glo.

(6) Dlug. lib. 11. pag. 384.

(7) ibid. 382 -

(8) Kromer l. c.

(9) Hist. Lit. Pol. t. 5. pag. 75.

† Tertius denique Jacobus (de Kurdwanów) Ploc. Eppus deputatus erat a Concilio "ad audiendas causas et querelas ad ipsum Concilium devolutas et decidendas, seu deducendas... causis tantum Cathedralium Ecclesiar et majoribus cardinalium causar exceptis... usque ad sententiam definitivam exclusive. Concil. t. 29 p. 460.

(10) Dlug. p. 374.

(11) "qua genitrix ejusdem Elisabeth de sacro fonte levaverat" Dlug. p. 380

(12) Dlug p. 381.

(13) Concilior t. 29 p. 450.

(1) Dlug. pag. 375
(2) Idem p. 383.

„aureis et argenteis, itemq. expensis magnificis, splen„dum tenebat in Conc. Const. statum, inter Oes Orbis Rni „neq. inter Cardinales habens secundum, item milites Pol„niæ regis legatos Jannussium de Tuliskowo Castel. Caliss. „Zawissium nigrum de Garbow. Qui apud Nardonam mili„insignem de Aragonia Joannem, in certamine singul„Rege utroq. (sc. Ferdin. Arag. et Sigism. Imp.) inspectante vicerat" (2). Casso suo conamin Petrum de Luna ad deponendum pontificatum inclinandi, Sigismundy ex Hispania redux Parisios invenit a. 1416 divertit, consilio componendi regem Galliæ cum rege Angliæ ductus. Ibi Nicolaus Traba „sumptuoso et solenni convivio „Quadragesima instructo, oes Magistros, Dnos, Scholares et sin„gula Universitatis studii Parisiensis supposita, ad pran„dium invitat. Inter prandendum autem, per universitat„præfatæ Dnos, erat eidem N. Gn. Arch., libellus quidam sat„ram et infamiam Wlad. Pol. R. continens, oblatus, comentat„per fratrem Joan. Falkemberg Ord. Prædic." (3) Hunc libellum secum assumens Traba Constantiam detulit, et a Patribus vehementissime Falkembergo indignatis ob nefandas contumelias in libello isto contentas, damnationem ejus auctoris obtinuit qui insuper carceri perpetuo et ... mancipatus (4). In fine autem ultimæ sessionis, quum Patres concilii dilapsuri erant, „ambasiatores Serenissimi Pcipis Vladislai Polo„niæ regis, et Illustrissimi Pcipis Dni Alexandri, alias Witoldi „Magni Ducis Lithuaniæ, petierunt nomine dictor. Dnor. ... li„bellum... Joannis Falkemberg, notorie crudelissimos errores et „hæreses (ut dixerunt) continentem, rite damnatum tanquam „hæreticum per deputatos in causa fidei, ac etiam per omnes „nationes Concilii, ac per Collegium Cardinalium conclusum „(ut dixerunt) constare publicis instrumentis, in sessione pu„blica per concilium damnari, seu publice damnatum pronun„tiari, antequam præsens concilium dissolveret. Sanctissimo „Dno Nostro papæ præfato humiliter supplicarunt." (5) Sed, „Ma„tinus prece, incertum ē, an importunitate Cruciferor." (6) „aut favore Ducis Burgundiæ, defensoris Joannis Parvi (7) circum„ventus, „verba sententiæ quæ sequuntur, videlicet: Libellus erron„et hæresi plenus, nitebatur... aliis verbis, videlicet: Libellus fals„et piar. aurium offensivus, supplere (8). Legati vero hoc minime contenti „protestabantur de gravamine et de apellando ad „futurum concilium" (9). in congregatione autem cardinalium ... prohibuit tales apellationes facere edito decreto sub pœna excommunicationis, quo decreto ... Quum autem legati damnationem urgere non desisterent, et Gerson eidem decreto tractatum publicaret, Patres resuscitationem extincti modo schismatis timentes, „Martinum papam ad sententiam Synodi „contra Joañem Falkemberg latam confirmandum impelerunt „lunt, et Legatos Poloniæ regis, tam efficaciter illi recon„ciliant, ut reconciliatio ipsa et Martino Papæ, et Regis le„gatis lacrymas excuteret." (11)

In hoc Concilio urgens reformationis negotium minime expeditum, quia multum temporis consumpserunt Patres in extinguendo schismate et reprimendis hæresibus Wiclefi et Hussi — et quamvis oes videntes nimiam mor. depravationem eor. reformationem urgerent, tamen nihil aliud a Patribus pro extinctione schismatis, hæresum extirpatione" et Ecclesiæ in capite et membris reformatione" congregatis ē factum, quam quod indicata quædam reformationis capita ... simul cum lege Constit. a deputatis ex singulis nationibus. (13) ... futuro Conc. determinanda et executioni danda — Martinus itaq. publicatis aliquot canonibus ad disciplinam pertinentibus, ulteriorem reformationem ad futurum Concilium distulit quod Sess. 44 Papiam indixit, pro reformatione Ecclesiæ congregandum. Interim alia supervenit causa celebrandi novi concilii. Emmanuel Palæologus Imp. Græc. vehementer a Turcis pressus, oes pene Europæ adiit pro auxilio contra hos Barbaros obtinendo, sed

---

Fscatens sententiis Joannis Parvi, cujus doctrinam concilium jam sessione XV condemnavit, tanquam hæreticam, „scandalosam, et ad fraudes, „deceptiones, mendacia, proditiones, periuria vias dantem et hanc pertinaciter asserentes hæreticos declaravit. Concil. tom. 29 p. 434

(3) Idem p. 376 (4) Idem. ibid.

F et Gaspar de Perusio cœpit jam legere decretum damnationis sed in essentialibus mutatum. Fleury Hist. Ec. l. 104.

(5) Concil. t. 29 p. 608
(6) Dlug. p. 386.
(7) Henrion t. 5
F sed quum Paulus Vladymir cum nimio ardore coram Pe loqueretur, silentium ei imposuit.

(8) Dlug. l. c. qui dixit respondendo, quod oia et singula determinata „conclusa et decreta in materiis fidei (9) „per præsens concilium conciliariter tenere „et inviolabiliter observare volebat. Concil. l. c. p. 609. + Henrion 261.

(11) Dlug. p. 387.
(13) Concil. 585.

+ Concil. p. 254 et seq.

F sess. 39 editis decretis: De Concil. generalibus et provisione contra schismata futura: Ne a futuro Pce prælati transferant, invitis. Et De spoliis et procurationibus

(1) ita quod primum a fine hujus „Concilii immediate sequens intra „quinquennium celebretur. Conc. 577.

hac spe frustratus misit legatos (a. 1420) ad Martinum V (Florentiæ manentem) promittens unionem Græcæ Ecclesiæ cum Latina,(1) et petiens ut Papa mitteret legatos Constantinopolim pro hoc negotio tractando et Concilio generali in Oriente celebrando. Papa deputavit legatum ad hoc Concilium F(Julianum de Cesariniis) quum is „versus Græciam se parasset ad iter supervenerunt litteræ Theodori.. et multorum aliorum Episcoporum (Orientalium), in quibus expresse continebatur.. quod congregatio de Concilio fiendo Prælatorum Græcorum isto tempore fieri non posset propter inhumanissimam Turcorum guerram... ac renunciatum est iisdem litteris, Constantinopoli nullum esse vestigium præparationis Concilii"(2) Quapropter Martinus misit Antonium Massanum Ordinis Minorum (mense Februarii a. 1422) Constantinopolim ut præordinaret congregationem Græcorum, quæ repræsentaret totam ipsorum Ecclesiam F(et conveniret cum iis de loco et tempore oportuno celebrandi Concilii.), ne accideret rursus id, quod post unionem Lugdunensem accidit.(3) Ut autem efficacius ad hanc unionem suscipiendam Græcos permoveret, promisit eis nomine Regis Aragoniæ et Castellæ contra Turcas(4) Post multas vero in negotio unionis tractando dilationes tam ex parte Imperii, quam Patriarchæ Constantinopolitani legati obtinuerunt ab Imperatore ad Martinum V litteras, in quibus Imperator negat, mentem suam aliquando fuisse unionem simpliciter cum Ecclesia Romana exoptare. Concilium quidem dixit se velle Constantinopoli celebrare, sed Papa de sumptibus necessariis provideat et Cardinalem dictum ad negotium unionis tractandum in Concilio convocando mittat.(5) Relationem legationis suæ fecit supradictus Antonius coram Concilio Senensi Papiæ ob pestem Senas translato, F(Ad hanc translationem plurimum contulit Andreas Episcopus Posnaniensis, nam quum nationes de locis eligendo dissentirent, ille hoc negotium commisit nuntiis Ducis Mediolanensis electionem loci, cui omnes deinde consenserunt. Concil. pag. 723.) et ex indictione Constantiensis celebrato a. 1423. Propter parvum autem numerum Episcoporum congregatorum, Concilium illud Senense editio decreto contra Petrum de Luna et Hussitas et nihilominus reformatione morum tam necessaria statuta, dilapsum est, d. 19 Februarii a. 1424 electa, pro loco futuri Concilii intra septennium celebrandi, civitate Basileensi(6) quem locum, Martinus V approbavit, et deputato Julianus qui „vice et auctoritate sedis apostolicæ"(7) Concilio præsideret. Et, brevi mortuo, d. 20 Martii 1431 Electus in ejus locum Eugenius IV legatos confirmavit et Concilium d. 23 Julii a. 1431 inchoatum est. F(triplici fine sibi constituto: hæresum extirpationem, pacem inter populos Christianos componendam, et morum reformationem. Concil. t. 30 pag. 4.) Quum autem patres ex universo orbe in dies magis confluentes voluissent more Concilii Constantiensis auctoritatem supra papam exercere, et „sub specie reformandæ Reipublicæ Ecclesiasticæ pleraque Romanæ Ecclesiæ privilegia, eaque imprimis quæ maxime necessaria erant omnino tollere studerent, Eugenius Papa legato revocato, Concilium... dissolvit et Ferrariam transtulit ea præcipue de causa, quod Græci de unione cum Latinis ineunda acturi, eum locum delegissent."(8) Hac tamen revocatione non obstante patres Basileenses ulterius suas sessiones continuarunt, et Eugenio IV deposito Felicem V elegerunt Romanum Pontificem et optatam reformationem editis pluribus decretis postea ab Eugenio IV approbatis et conjunctionem Calixtinorum cum Ecclesia, et extirpationem ceterorum sectarum Hussiticarum perfecerunt. Quod attinet legatos Poloniæ in hoc Concilio præsentes, hi sunt sequentes a Wladisl. Jag. nomine regni et Ecclesiæ Poloniæ a. 1433 deputati, Zbigneus (Oleśnicki) Episcopus Cracoviensis, Stanislaus Ciołek, Sartowski Episcopus Posnaniensis, Joannes de Koniecpole Reg. Pol. Cancellarius et Nicolaus Lasocki Decanus Cracoviensis"(9) qui quum Posnaniæ necessaria sibi ad longum iter compararent nuncio de morte Wladislai, Regis percepto ad instantiam Consiliariorum Regni a coepto proposito destiterunt, præter Episcopum Posnaniensem et Decanum Cracoviensem, quibus postea adjunctus est Joannes Lutkonis de Brzezie Canonicus Gnesnensis,(10) duobus prioribus jam Basileæ existentibus. et nomine Zbignei missus est Nicolaus Kozłowski magister universit. crac.(10) Adventu Lutkonis Basileam mors Wladislai regis renovata, dolentibus omnibus omnibus excellentiæ tuæ regem... absumptum esse. Celebratæ sunt illi in Ecclesia Cathedrali impensis Stan. Ciol. Episcopi Posn. regales et magnificæ exequiæ.(11)

(1) Concil. 732
(2) Ibid. p. 734.
(3) Ibid.
(4) Ibid.
(5) Ibid in fine
(6) Concil. tom. 30 p. 29.
(7) Ibid p. 53.
(8) Ibid. Nota a pag. 893.
(9) Dług. p. 647.
(10) Idem p. 672.
(11) Ibid.

Quam autem partes legati hi in concilio habuerunt, historia non meminit. Historiam quoque hujus concilii sicut et Florentini, cui legati Regni Poloniae non aderant, omittimus et ad causam celebrationis Concilii Lateranensis V transimus. Cujus causa sequens fuit: Julius II R. P. veritus, ne Galli auctoritate in Italia praevalerent, e ducatu Ferrariensi expulsit Alphonsum, qui favens nimium Gallis, ausus est potestati Pontificis Summi et Supremi Domini refragari et salinas occupare. Hoc iratus Ludovicus XII Rex Galliae, armis spiritualibus se accinxit contra Julium fortiter armis instructum, et in synodo, quod Pisas (1511) primum convocatum, deinde Mediolanum et postea Lugdunum translatum est, sanctionem pragmaticam confirmari obtinuit et depositionem Julii II cogitavit. Ad ejus conamina irritanda, et ad sanctionem et disciplinam ecclesiasticam instaurandam et bellum contra Turcas Julius convocavit Romam in an. 1512 mensem Majum Concilium, quod ab Ecclesia in qua celebrabatur, Lateranense V nuncupatum. Constabat 100 Episcopis. Eodem tempore Roma ad Italiam et ad Concilium missi sunt Joannes Laski Archiepiscopus Gnesnensis et Stanislaus Ostrorog Castel. Calisiensis a Rege Sigismundo I, ut Papam informarent de statu rerum in Prussia, ubi Cruciferi turbas continuo excitabant. Romam quum pervenissent, Joannes Laski perfuncta sua legatione, quam injunctam a Rege Poloniae sibi habuerat, et remansit Romae, defendens Sigismundum regem contra injustam accusationem Stephani Ducis Moldaviae, de non servata fide pacta — promovens causam ejusdem regis contra Supremum Magistrum Ordinis Theutonici, qui homagium ei de Marchia Brandeburgica, jure foedi sibi concessa, deferre recusabat, necnon irritans conamina Cruciferorum, ut Sigismundum citaret et judicium de eo instituerent. Quod autem multi dicunt Joanni Laski commissum fuisse, ut Papam impelleret ad confirmandum statutum comitiorum Radomiensium de plebeis ad capitula non admittendis, et eum id obtinuisse, non est probabile, nam confirmatio haec nullibi reperitur, et synodales nostrae Ecclesiae constitutiones decretum Radomiense improbant et irritant. (In eodem concilio expeditionis expeditioni suscipiendae dux electus est Sigismundus I R. P., et de hac electione litteris ipsis Pontificis Leonis X certior factus est. Buzenski Hyw. Arcyb. Gn.) His peractis Joannes et titulo legati nati obtento a. 1515 reversus est. Missi sunt deinde Liodek Episcopus Ploc. Raphael Leszczynski Castel. Lendensis et Bohusz Marschalcus M. D. Lithu., ut nomine regis et regni Pontifici et synodo declararent, se promptos esse paratos ad expeditionem contra Turcas. Quapropter expedit. ut supra.

Porrexit concilio libellum de erroribus Moschor. Wiszn. t. 5 p. 114.

Quum reges Galliæ non obstantibus reclamationibus [1] pragmaticæ sanctioni adhærerent, nec eam dimittere vellent, Julius II par pari referre cupiens, cœpit armis inquietare Gallos in Italia et Mutinam, atque Mirandulam Gallico præsidio munitam expugnavit.[1] Quo offensus Ludovicus XII Turonum convocat concilium... omnium Episcoporum Galliæ et plurimorum doctorum... In quo decretum est, ut mitterent ad Pontificem legatos, qui cum eo de pace agerent; vero, si ipsos audire nollet, eum provocarent ad convocandum generale concilium.”[2] ad quod intra biennium celebrandum jurejurando se obligavit... convocationem distulit ... infelicitas temporis, quo sub Alexandro (VI) vexare cœpit Italiam, „et instans necessitas recuperandi terras et jura Romanæ Ecclesiæ.”[4] Hoc posteriori prætextu usi aliquot cardinales ab Pontifice recesserant, et Pisas „ut locusta convenientes...” aggressi sunt... œcumenicum concilium convocare.”[3] et freti Regis Galliæ Patrocinio, ausi sunt Julium cum cardinalibus ejus citare, ad quod Julius II respondit, quum persuasionibus nihil proficeret armis aggressus Pisis et Mediolanum, et inde Lugdunum eos recedere coegit,[7] et quum Maximilianus quoque Julio offensus ad istud concil. se inclinaret, et schisma grave immineret, Pontifex Romæ Laterani concilium œcumenicum indixit.[5] Sed non solum hæc causa fuit celebrandi hujus concilii. Corruptio morum aliquatenus decretis concilii Basileensis suppressa, de novo in Ecclesia serpere cœpit, cui vim haud parvam adhibuit minus integra vita ipsorum Pontificum. Præterea nondum evanuit illa honorifica medii ævi idea, Pontificis auctoritatem non ad spiritualia tantum sed et ad temporalia fidelium extendi, et quæ nunquam magis quam hoc tempore fuit necessaria, quum Turcæ Constantinopoli in suam redacta potestatem in dies latius se diffuderint, et „Siciliam jam infestantes”[6] totius Europæ dominium se appetere ostendebant. – Principes autem studio æmulationis abrepti, nunquam convenire poterant, ut junctis viribus eis resisterent. Jam pridem Julius „oes principes Xnos, qui ad obedientiam ea more præstandam miserunt oratores, admonuit de conc. generali celebrando, deque expeditione in Turcas conciliariter decernenda.”[7] idem fecit datis litteris convocatoriis ad universam Ecclesiam.

Die itaque 10 Maji a. 1512 inchoatum est concilium „ad... universalis Ecclesiæ pacem, fidelium unionem, schismatis et hæresum extirpationem, morum reformationem, ac contra fidei perfidos hostes expeditionem.”(8)

---

[1] Vita Julii Concil. t. 34 p. 66.

[2] Genebrardi Chronol. l. 4.

[3] Bulla convocationis concil. Lat. Julii II Concil. t. 34 p. 112.

[4] Surius in Concil. l. c. p. 68.

[5] Ibid.

[4] Bulla convocat. Julii II

(6) Bulla conv. p. 120.

(7) Ibid. p. 114.

(8) Concil. p. 154.

Bolesław chciał mieć Baldwina Francuza.

Baldwin miał przynieść zniesienie interdyktu.

Jan z Góry poszedł do Henryka Cesarza (Wabdank)

za Bol. Krzyw. nawrócona została Pomerania, która rozciągała się od Odry do Rugii i Wisły, którą już Chrobry usiłował

Bol. zmusił Gniewomira na Czarnkowie do przyjęcia chrztu – lecz potem zbuntowawszy się Pomorzanie.

O czem uslyszawszy wyprawił się Bolesław r. 1119 zdobył Nakło i Szczecin – i oddał rządy Świętopełkowi

Książe Pomorski Warcisław przyjął potajemnie chrzest

Bolesław Krzyw. za radą Warcisława postanowił wysłać Apostoła. Zakonnik Hiszp. Bernard przybył do Julina. Mieszkańcy widząc niepozorną powierzchowność – jego nauki i Boga Najwyższym i najpotężniejszym w domiech obrócili.

Bernard wrócił do Bolesława, który począł myśleć o wspanialszym posle, a gdy żadnego nie znalazł z Biskupów polskich, Otto podjął się.

Otton był rodem Szwab – w młodości był kapelanem Hermana i zaprzyjaźnił się z Bolesławem Krzywoustym. Wyuczył się na dworze królewskim języka polskiego

r. 1123 wysłał do niego poselstwo z prośbą.

Bp udał się do Gniezna do Króla, skąd na Pomorze r. 1124 zaszedł pod Starogrodem, przyjęty tam przez Warcisława uroczyście – i rozpoczął chrzcić – przez zanurzenie. Podróż do Kamienia również się udała. W Julinie (czyli Wolinie) tylko porwano się do kamieni, lecz ten krok przez wszystkich źle był uważany.(1) W Szczecinie nie chciano go słuchać ~~przeto udał się do Bolesława, aby tenże~~ mówiąc, że poznali, iż Chrześcijanie są złodziejami i innymi zbrodniarzami. Wreszcie obiecali się nawrócić, jeżeli im Król polski stały pokój zawaruje, i zmniejszy haracz. Otto udał się do Bolesława, który postanowił aby ziemia Pomorska wypłacała corocznie 300 grzywien i pewną liczbę wojska na wojnę. To było najskuteczniejszem. Ochrzcili się najprzód dwaj synowie znakomitego obywatela Domasława, i swych krewnych do tegoż namówili. a potem zaraz miasto poszło za ich przykładem. Otto sam musiał wziąć się do niszczenia pamiątek bałwochwalstwa. Zburzono 4 kontyny – posąg Trygławy wziął tylko Otto i odesłał do Rzymu. Udał się potem ku Kołobrzegowi – r. 1125 ustanowił Bpem Julińskim swego pomocnika Alberta – wrócił przez Polskę do Bamberga. Lecz potem (we 4 lata) pałając żądzą męczeństwa udał się do Lutyków. Dowiedziawszy się zaś iż mieszkańcy Szczecina odpadli w bałwochwalstwo r. 1130 znowu wrócił. Dnia (?) na wyspie Uznam nawrócił Wolin, jako też w Olgaskie.

Otto † r. 1139 razem z Bolesławem Krz.

Brat Bol. Krz. Zbigniew ~~pobu~~ łączył się z nieprzyjaciółmi r. 1116 kazał go życia pozbawić – za co nie tylko sam ale i

Kat. Krak. odbudował dwie wieże wzniósł, obdarzył Naczyniami Kościelnemi – odbył r. 1128 pielgrzymkę do grobu incognito S. Idziego. Wsławił się dziwną usilnością pokuty jego. Odmawiał pacierze kapłańskie.

Opat S. Idziego przyjął go uroczyście – przez 15 dni modlił się.

w S. Gilles r. 1128 znajdował się akt donacyi Bolesława, który niedawno skradziono. W Węgrzech w Białogrodzie odwiedził grób S. Stefana – i do grobu S. Wojciecha w Gnieźnie odbył pielgrzymkę – ~~Bo~~ modlił się gorąco – sprawił relikwiarz 80 marek złota nie licząc pereł i kamieni. – Darował drzwi z których Lelewel opisał.

Gdy Władysławowi Hermanowi umarła żona, Judyta, wysłał tenże Ottona do Henryka IV Ces. z prośbą aby o rękę siostry Cesarskiej. Podobał się bardzo Henrykowi Otto i przeto za zezwoleniem Hermana zatrzymał go przy sobie, zrobił swym kapelanem, a potem Bpem Bamberg. r. 1103.

(1) Potem mieszkańcy oświadczyli, że przyjmą wiarę Otta, jeżeli Szczecin to zrobi.

